



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

V. Quini Fontes dulcedinis & jucunditatis in colloquiis adhibendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

472 HOROLOGIUM
vini Lojola, ut narrat Maffei l. 3. ult.
c. 12. Remissionis causâ de rebus haud ita
sevis, mo' estisve sermones habebat iucun-
dos. Similiter S. Martinus Ep. & alii com-
plures. Hos imitari conare.

V. Quinque Fontes dulcedinis & iu-
cunditatis in colloquiis adhibendi.

NUnquid fons de eodem foramine ema-
nat dulcem & amarâ aquam, quarit
S. Iacobus Ep. c. 4. ? In ore hominis id pro
dolor! crebrò nimis accidit, dum jam dul-
cia, Deo, proximoq; grata, iam amara &
ingrata depromit. Id verò ne tibi contin-
gat aperi sequentes fontes dulcedinis, a-
maritudinis claudere.

I. Tractatio rerum spiritualium de cœ-
lò, & cœlestibus; de vita Christi & San-
ctorum dulcis est; non quidem mundanis,
instar febricitantium, palatum infectum
habentibus, quibus hoc mel, amarum vi-
detur absynthium; sed Sacerdotibus piis
& Religiosis, qui gustarunt, quàm suavis
sit Dominus De dilectis dulce loqui.

II. Varietas delectat, & rerum, & per-
sonarum quibuscum sermocinamur: Hinc

ne.

in eandem orambem sapius reuocuas: ne
cum iisdem semper agas, ut particularis
amicitia suspicionem effugias. Neque iis-
dem de rebus, nec in omni tempore, nec
similiter delectamur, inquit Tullius L. V.
Officiorum.

III. Recreat interrogandi, respondendi,
vicissitudo in colloquio. Vnde ne nimi-
um sermonem protrahas, aut concionato-
rem agas; audi quoque libenter alios. Si
collocutiones, questiones & responsiones
prudenter, & sodalium ingenii, moribus,
audis accommodatae sint, iucunditatem
admirabilem adferunt.

IV. Delectat quoque in tempore hone-
storum, religiosorumque iocorum ac face-
liarum prolatio, quae prudentiam moderetur
& virtus regat; à S. Thoma dicta iucun-
ditas, ab aliis urbanitas, à Graecis Eus-
trapias.

V. Exhilarat denique & excitat suo
tempore & loco iucunditas à musico con-
centu orta. Musica latificat cor. Eccli. 40.
Praesertim pie sanctaeque cantiones & affe-
ctuose melodiae, ad quas hortatur Apосто-
lus ad Ephes. 5. Loquentes vobismet ipsis in
Psalmis

Psalmis

psalmis, & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Deo.

VI. Quini Fontes amaritudinis à Colloquiis proferibendi.

I. *Utianda in conversatione humana, tetrica morositas, seu rusticitas: quam explicat Aristoteles, inquiens: Qui autem neque ipsi quidquam ridiculi dicunt, neque alios dicentes a quo animo patiuntur, rustici ac duri sunt. Itaque in voce, vultu, gestu, & totius corporis compositione, non inordinata tristitia, sed spiritualis laetitia, non mundana levitas, sed maturae gravitas & sacerdotalis modestiae splendat. Caveant hinc sibi Melancholici, & saltem libenter amœna audiant ab aliis, gaudeantque quod alii latentur, nec inuideant, aut honestam voluptatem ab urbanitate fluentem impediant.*

II. *Cavenda contentio & altercatio, quâ nihil amarius, utpote quae omnem sermonis suavitatem corrumpit. Hinc rectè monet S. Ambrosius L. 1. off. c. 22. Absit pertinax in familiari sermone contentio: tollit enim pacem, concordiam, & socialem*